





19

F. 29. num. 17.

1690/10^a

17

B. C. D.
DISSERTATIO JURIDICA,
DE

PRÆSCRIPTIONE
DORMIENTE,

Von der Verjährung/ welche eine
Zeitlang ruhet.

Indultu

*Magnifici Juris Consult. Ordinis
in Inchyta Lipsiensium Academia*

P R Æ S I D E

DN. FRIDERICO PHILIPPO,

Lipf. J. U. D. & Facult. Jurid. Assess.

Patrono suo summe de venerando

Ad diem IV. Decembr. ANNO M D C X C.

H. L. 2. C.

P. P.

Johann Gottfried Zimmermann/
Doct. Mißn.

L I P S I Æ,

Nunc Recusa, Anno 1718.

(4)



P. 09

9




DISSERTATIO JURIDICA
DE
PRESCRIPTIONE
DORMIENTE

Ab Johanne Christiano Schaeffer

FR E S I D E
D. N. FRIDERICO PHILIPPO

Mag. J. H. D. Schaeffer, ed. Anst.
in der jur. Facultät
an dem IV. Decemb. anno M DCC X.

Leipzig
Doppel M.D.C.C.X.



Nobilissimo Politissimoque
Dn. Respondenti, Autori
summa cum laude disputanti,



Qvam de Præscriptio-
ne Dormienti con-
scripsisti Dissertatio-
nem, Nobilissime
Zimmermanne, non
dormire Ingenii tui vim aut otio
desidiave marcescere, sed instar
Cœlestium Corporum gaudere
motu, & labore suscitari satis su-
perque testatur. Neque vero mi-
nus id testatur Munus Judicis mi-
litaris, quod obsessa Moguntia &
Bonna adeo integre graviterque
administraisti, ut ægre te a se di-
mitteret & abeuntem valde etiam
commendaret PHILIPPUS Dux

A 2

Mar-

Martisburgensis, Equitatusque
Luneburgensis Præfectus Sum-
mus, vere Martius, qui cum prælio
apud Fleury commisso fortiter pro
Patria pugnans ceciderit, in pepe-
tuum per gloriam vivere intelligen-
tur. Macta itaque & persta in
eo, quem elegisti ad Virtutem &
Sapientiam gradu, Teque sic et-
iam in disputandi Palæstra versat-
um ostende, ut spes Te pulcher-
rima foveat, posse etiam a Te
Rempubl. in partibus ejus Tibi
credendis gubernari.

T. Nobiliss. Dignit.

ex veteri formula

G. L. T. J. C.

Q. D.



Q. D. B. V.
DISPUTATIONIS JURIDICÆ

De
PRÆSCRIPTIONE
DORMIENTE,

CAP. I.

De
Definitione Nominali.

§. I.



Materialem + PRÆSCRIPTIONIS præci-
pue vero DORMIENTIS paulo peni-
tius ponderaturi, Vocis Originem de-
ducimus a *Præscribendo*, id est, *præsi-*
gendo, ita scilicet + ut Præscriptio sit qua 2
si Temporis Præfinitio, quia Leges cer-
tum definiunt tempus, intra quod Do-
minus, sub pœna amissionis in res suas
inquirere tenetur. *Tot. tit. ff. de Usurp.*

Ufus. DORMIRE + vero dicitur in sensu metaphoricò, quæ
metaphora ab animalibus desumpta est, quibus proprium est dor- 3
mire,

4 *mire, cum in somno cessent operationes sensuum externorum &*
ab iis animalia quiescant. Si ergo † Casus impediens, agendi
facultatem interveniat, Præscriptio impeditur & silere seu quasi
dormire dicitur C. ex transmissa X. de Præscript. Ex quo apparet
5 *† aliud esse Præscriptionem DORMIRE, aliud Præscriptionem*
6 *INTERRUMPI. Nam † cum interrumpitur Præscriptio, ad*
nihilum illa recedit & rursus de novo orienda est arg. L. sin. C. de
7 *Præscr. 30. vel 40. l. 1. §. 1. in f. C. de Annal. Except. Verum † cum*
dormit Præscriptio, prius inchoata, non est nullius momenti,
sed remoto obstaculo, eadem continuatur, & tempus prius cum
sequenti conjungitur, Matth. Wesenbec. in Comment. ad ff. Tit.
f. Usuc.

§. 2.

1 DIFFERENTIA † insimul patet ex Interruptionis Divisio-
ne, quod alia Interruptione sit Naturalis, alia Civilis. PRIORI
2 *CASU † Possessio ipsa amittitur l. 3. ff. de Usuc. verbi gratia, fun-*
3 *do a flumine vel mari occupato, aut re mobili rapina, furto for-*
tauitate subductione erepta, l. 3. §. 17. 18. 130. §. 1. & 4. ff. de Acq.
4 *vel. Amitt. Poss. Et ob id † quæritur? Num recuperata iterum*
Possessione, id ipsum Possessori profit, si ei præcedentia tempora
annumerentur? Et hoc negamus, quia Usucapio ex secunda
Possessione, quam uti priorem, nos bona fide nancisci oportet,
numeranda erit: Cum autem initium Possessionis secundæ vi-
5 *tiosum esset, usucapio haud procederet, l. 15. §. 2. ff. de Usuc. l. 7.*
6 *§. 4. ff. Pro. Emt. † POSTERIOR seu CIVILIS in specie inter-*
pellatio dicitur, quia Possessori jus Possidendi in dubium voca-
7 *tur, & hoc fit † vel Judicialiter, vel Extrajudicialiter; ILLUD*
contingit, † quando Præscriptio longissimi Temporis per Cita-
tionem sive actionem motam l. 3. C. de Præscr. 30 vel 40. annorum
8 *latur, l. 18. ff. de R. V. l. 26. C. eod. Et quanquam † alii Longi*
Temporis Præscriptionem per sententiam demum interrumpi
contendunt, l. 2. §. f. ff. Pro. Emt. id tamen frustra opponitur
propter l. 2. C. de Annal. Except. Conf. Job. Schneidew. ad Instur.
Tit. de Ad. §. Panales, num. 12. Carpzov. Part. 2. Consl. 7. Desin. §. n. 7.
HOC

HOC vero ꝑ per Declarationem pr vatam, nec non Protesta- 9
tionem atqve Pignorationem procedit, l. 25. §. 7. ff. de
Heredit. Petit. l. 17. C. de R. V. §. d. l. 2. C. de Ann. Except. At-
que adeo DIFFERT ꝑ ab Interruptione, Actionis Perpetuatio, qua 10
Actio in iudicium semel deducta, postea tamen quoad proces-
sum iterum derelicta, ad longius Tempus, quadraginta nempe
annorum spatium prorogatur, l. 1. §. 1. C. de Annal. Exc. & hæc
ꝑ non Citatione, sed tantum Litis Contestatione perficitur l. fin. II
C. de Præscr. 30. vel. 40. annorum l. 9. §. 3. ff. de iurejur. l. fin. in
f. ff. de Fideiuss. l. 29. ff. de Novar. Henricus Hahnus ad Wesenb.
iii. ff. de injus voc. Paulo aliter ꝑ res sese habebit de Jure Sax. 12
ubi nulla differentia, inter Longi & Longissimi Temporis Præ-
scriptionem, habita, omnis Usucapio, Citatione legitima in-
terveniente, judicialiter interruptitur. Carpzov. P. 2. C. 7.
D. 4. §. 6.

CAP. II.

De

Definitione Reali & Divisione.

§. 1.

Verborum ambiguitatibus ꝑ amplius in hæere, supervaca- 1
neum esse censemus, cum potius in Rei quam Verborum
qualitatem nobis sit inquirendum arg. l. 17. ff. de Legibus. Da- 2
tur ꝑ vero Præscriptio vel Continus, quæ absque ullo impedi-
mento continenter currit & definito tempore absolvitur l. 3. ff. 3
de Usuc. Sam. Rachel. in Jurispr. Lib. 2. tit. 9. §. 28. pag. 206. vel
ꝑ discontinus, quæ in Cursu sistitur d. l. & quidem ꝑ vel in to- 4
tum, ut nullo plane modo iterum inchoetur, de qua in cap. 1. 5
Brunn. ad Wesenbec. in ff. de Usuc. qv. 37. vel ita, ꝑ ut tempus le-
ge definitum ad certum temporis spatium quiescat, denuo au-
gem evigilet, & sic Cursum currendo absolvat. Sam. Rachel. dist. 6
loc.

A 4

loc. quæ inde DORMIENS dicitur, & de hac in præfenti fuimus solliciti, quam ꝑ ita delineamus: QVOD SIT PRÆSCRIPTIO DISCONTINUA, AD ALIQVOD TEMPORIS SPATIUM OB CERTUM ET LEGALE IMPEDIMENTUM QUIESCENS, POSTEA VERO, EO CESSANTE, EVIGILANS ET CURSUM SUUM ITA ABSOLVENS, UT PRIORA TEMPORA CUM TEMPORIBUS DORMITIONEM SEQVENTIBUS COMPUTANDO UNIANTUR. *arg. l. 48. pr. ff. de A. R. D. Brunnem. d. loc. Adam Struv. Exerc. 43. ib. 26. Sam. Rachel. d. l. §. 28. pag. 205. Quemadmodum enim ꝑ homo dormiens quiescit a suis actionibus consuetis, & sic videtur mortuo similis, qui tamen talis non est, sed rursus evigilat: ita ꝑ quoque Præscriptio datur dormiens, quæ extincta & mortua videtur, mortua tamen non est, sed suo tempore iterum evigilat & cursum suum, qui quasi per soporem cessaverat, denuo continuat. Neque immerito ꝑ sæpe enim gravis morbus svari somno depulsus legitur: Sic & hic diuturnus quasi somnus jura nostra ab Interitu imminente conservat. Quamvis diu ꝑ autem dormit Præscriptio, excitari non debet, dormit vero, si juris nostri persequendi facultas non datur, l. 4. §. 2. in f. C. de Annal. Except.*

§. 2.

1 Ab hac nostra Præscriptione ꝑ DIFFERT ea, quæ alias
2 ab initio quiescere dicitur, qualis est, quæ nondum est coepta &
3 sæpe contra Pupillos, aliosque allegari solet: nostra ꝑ namque jam
4 nata est, ac dormire deinde incipit, illa vero ꝑ ex utero quasi materno non egressa, sed spes saltem adest, eam aliquando prodituram adeoque ꝑ proprie dormire dici nequit, cum quiescere & dormire sint accidentia, quæ a non Ente proprie non possunt prædicari.

§. 3.

1 Verum cum usu receptum sit, ꝑ ut etiam illa, quæ nondum est nata, Præscriptio dormiens passim a Doctoribus appellitur

pellitur, ac de ista quoque in Disputatione nostra occasionali-
ter tractetur, adeoque ꝑ juxta dicta dispeſci potest Præscriptio 2
dormiens, IN NATAM & NASCITURAM. *Posterior* est ꝑ qvæ 3
nondum cœpta, deinde incipit currere. *Prior* vero, ꝑ jam cœ- 4
pta, postea per aliquod impedimentum, in soporem qvæsi data,
eo tamen remoto, cursum iterum continuat atqve absolvit. *l. 48.*
pr. ff. de A. R. D. Sam. Rachel. d. l. l. 2. Tit. 9. §. 28. Utraque
hæc ꝑ Præscriptio SUBDIVIDI potest in *Acquirentem*, & *Eli-* 5
dentem. ILLA est, qvæ Dominium aut aliud Jus acquiritur, *l.*
un. C. de Usuc. transf. HÆC vero ꝑ excludit saltem Agentem 6
ab Actione vel jure qvæſito *tot. tit. ff. de Divers. & Tempor. Præ-*
scr. Struv. Exerc. 43. lb. 6. His ita ꝑ sese habentibus non in- 7
congruum fore judico, si *prius* de Causis Præscriptionem Dor-
mientem concernentibus, *postea* de Effectu, & *denique* de Affini-
bus nonnulla subjiciam, sit itaqve

CAP. III.

De

Causis in quibus Præscriptio Dor- miens observatur.

§. I.

INter Causas sibi primum locum vindicat, qvæ ꝑ concernit IN-
FANTEM, id est Constitutum infra septimum annum *l. 18.*
pr. & §. 4. C. de jure Delib. qvem inde dictum volunt, quod
fari non possit, *l. 1. §. 2. ff. de Adm. Tut.* non qvæsi ante annum
septimum loqvæla destituatur, sed quod non ita perfecte ore
loqvi, ac mente agitare possit; Cum nemo dicere existimetur,
nisi, qvi, quod dicit, sentit, ac mente agitat. *l. 7. §. 2. ff. de Su-*
pell. legat. Ergo ꝑ si Infans nondum intelligit quid agatur, 2
l. ult. ff. de Jur. & Fact. Ignor. quomodo qvæſo ei poterit currere.

B

Præ-

3 Præscriptio. Ubi pariter ꝛ locum invenit fundamentum Præ-
 scriptionis Dormientis, QVOD AGERE NON VALENTI,
 NULLA CURRAT PRÆSCRIPTIO ex l. 1. ꝛ 2. C. de Annal.
 4 Except. l. 4. ꝛ fin. C. de Præs. 30. vel 40. annorum. Cessante ꝛ igitur
 Causa, id est negligentia, cessat quoque Effectus sive Pœna. Qvod
 5 æque ꝛ de PUPILLO, qui Infantiam egressus est, erit dicendum,
 6 veluti ꝛ si is fundo suo, vel servitute non uteretur, alius vero
 eundem fundum vel servitutem possidere vel quasi possidere ce-
 perit, aut actiones, quas habet, non exercet, eidem fundum
 vel servitutem vindicanti, non obstat Exceptio Præscriptionis,
 7 quamvis tempus lege definitum effluxerit, quoniam ꝛ hac du-
 rante ætate pupillari, Præscriptio, Longi ac Longissimi Tempo-
 ris quiescit l. 3. C. de Præs. 30. vel 40. annorum. l. 2. §. 15. ff.
 Pro Emi. Conf. Laterb. Comp. Jur. univ. iii. de Usuc. Eckolt.
 8 ad ff. d. 1. §. 10. n. 2. adeoque ꝛ non tantum contra Pupillum
 non incipit Præscriptio, verum ꝛ contra Antecessorem suum
 coepta, in pubertate quasi dormit. d. l. 3.

§. 2.

1 Causam Infantum & Pupillorum excipit ꝛ CAUSA FI-
 2 LII FAM. cui petenti ꝛ bona propria a Patre, tamen sine In-
 terruptione hæcenus possessa, nulla, ne quidem quadragenaria
 3 obstat Præscriptio, cum ꝛ durante Patria Potestate, Præscriptio
 4 quasi dormiat, quia ꝛ his nulla nobis esse potest, cum eo, quem in
 5 potestate habemus, uti tradit. l. 4. ff. de judic. jam vero ꝛ agere
 6 non valenti nulla currit Præscriptio, & Filius ꝛ ob reverenti-
 am, ex naturali affectu tacuisse præsumitur, quod tamen ipsi
 præjudicare non potest propter l. pen. ff. de Furi. ꝛ l. 1. §. 10. ff.
 Qvod V. ant. Clam. & ita Dn. Scabini in Causa Hansen Hett-
 ningstens zu Kenitsch Mens. Novemb. Anno 1616. respond.
 7 Carpov. Part. 2. Consult. 7. Def. u. Accedit ꝛ quod nulla Præ-
 scriptio absque bonafide valeat, pr. Inst. de Usucap. ideoque fa-
 8 cile colligere licet, ꝛ Præscriptionem in presenti Casu, propter
 scientiam rei alienæ nihil operati d. pr. Inst. de Usuc. Præscri-
 9 ptio namque ꝛ ideo censetur introducta, ne Dominia rerum
 diu,

diu, vel semper sint in incerto. *d. pr. Inst. C. l. i. ff. de Usuc. &*
propterea ꝑ sibi quis imputare debet, quod ex negligentia ami-
serit rei suæ Dominium *arg. l. 203. ff. de R. J.* Jam vero ꝑ in
bonis Filii maternis sive ex Testamento, sive ab intestato qua-
sitis, jura, vi Patriæ Potestatis, Patri Usumfructum ad dies vitæ
constituunt *l. i. C. 2. C. de Bonis Matern.* Quomodo, quæso,
ꝑ Filius ejusmodi negligentia poterit infirmulari, cum ei nul-
lam plane bona repetendi leges concedant facultatem
d. l. 4. ff. de Judic.

§. 3.

Ordo nunc tangit ꝑ CAUSAM UXORUM. Sæpius
enim feminae ꝑ dicuntur in jure fragiles infirmæ ac imbecil-
les *l. 2. §. 2. ff. ad Sæ. Vellej. l. 22. C. cod.* Hinc ut earum fragili-
tati infirmitatiqve consuleretur, multa constituta sunt, quæ apud
alios non inveniuntur, cujusmodi est ꝑ Beneficium Sæi Vellej.
quo mulier, si pro alio intercessit, actione pulsari nequit, sed se
tueri potest. *l. 40. ff. de Cond. Indeb.* Quod si igitur ꝑ Uxori,
si pro Marito, aut alio intercessit, subvenitur Exceptione Sæi
Vellej. *l. i. C. 101. tit. ff. C. ad Sæ. Vellej. ubi Dd.* Multo
minus ꝑ ei nocebit Præscriptio ex sola ipsius patientia & silen-
tio. Quare ꝑ si Uxor res, aut debitum a Marito, intra tem-
pus Legibus constitutum, non petiderit, Præscriptio earum re-
rum, nec non Debiti prorsus erit nulla, & per tempus illud,
per quod Maritus eas possedit, Præscriptionem dormivisse dici
potest, *l. 30. C. de jure Dos. l. 4. ff. de Fund. Dot. l. 3. C. de Pra-
ser. Long. Temp. Conf. Brunnem. d. l. Eckold. ad Tit. ff. de Us-*
sur. §. 10. adeoque ꝑ ob metum & reverentiam maritalem eam
tacuisse censetur. *Carpzov. l. i. Resp. 40.* Nam ꝑ quotiescunqve
agitur de Rerum nostrarum diminutione, aut Actus tendunt in
Damnum & Præjudicium tacentis, silentium habetur pro Dis-
sensu, & ita qui tacet, contradicere videtur. *l. 8. §. i. ff. de Pro-
curat. l. 5. ff. de Servit. Urb. Prud. l. 142. ubi Bronchorst. ff. de*
R. J. Ita ꝑ Maritus sine Uxoris voluntate res ejus pignori
obli-

obligaverit, illæ Pignori non tenentur. *l. 5. C. ad Sæ. Vellej.*
10 quia ꝑ res Uxoris non pleno jure ad Maritum spectant, sed
ipſius intuitu quodammodo sunt alienæ. *arg. l. 30. C. de Jure*
11 *Dot.* quæ autem tales dicuntur, ꝑ invito Domino oppignorari
non possunt, *l. 6. C. si alien. Res Pign. data sit. l. 6. C. Quæ res*
12 *pign. oblig. poss.* Sive igitur ꝑ Mulier ignoravit, sive scivit, nec
aperte contradixit, sed tantum passa est, ut bona ipsius oppi-
gnorarentur, id absque voluntate Uxoris factum esse creditur:
13 Nec obſtat ꝑ quod in *l. 5. C. ad Sæ. Vellej.* Patientiam Mu-
14 lieri obesse dicatur, nam ibi ꝑ ut & in *l. 2. C. si alien. res Pign.*
data sit, dicitur, si animo fraudandi dissimulaverit Uxor, Dece-
ptis enim, non Decipientibus subvenitur. *l. 2. §. 3. ff. ad Sæ.*
15 *Vellej.* Verum, ꝑ cum animus fraudandi in Uxore, quæ scivit
Maritum res suas obligare, non præsumatur, quia forſan ex me-
tu reverentiali, ita tacuit. Conf. *Brunnem. ad d. l. 5. C. ad Sæ.*
Vellej. num. 11. aut propterea dissimulavit, ne in alieno negotio
curiosa esse videatur. *l. 19. in f. ff. de Nov.* Ita justum est,
16 ꝑ quod Dolus & animus defraudandi ab allegante prius probe-
17 tur. *l. 6. C. de Dolo malo.* Si modo ꝑ mentionem fecimus Re-
18 rum Uxoris; Non hic prætereundum, quod ꝑ Uxor tri-
19 plicia bona habeat. VEL ꝑ Dotalia, quæ pro Matrimonii
oneribus Marito jure quasi Domini sunt concessa. *l. 7. ff. de*
20 *Jure Dot. pr. Inst. Quibus alien. lic. vel non.* VEL ꝑ Para-
phernalia, quæ Uxor Marito in Custodiam *l. 9. §. 3. ff. de Jure Dot.*
aut ejusdem administrationem tradidit. *l. 5. C. de Pat. Con-*
21 *vent.* VEL ꝑ denique Receptitia, quæ non fuerunt da-
ta in Dotem, neque in Custodiam Mariti, sed quæ
Uxor ex consuetudine vel conventionem, tam quoad Proprieta-
tem, quam quoad administrationem pleno jure retinet. *Ex-*
22 *cell. Dn. A. B. Carpov. de Bonis Uxor. Receptitiis tb. 6. vid. Ba-*
chov. ad Treutler. Vol. 2. Disp. 7. thes. 9. lit. E. Wesenb. in Parat.
23 *tit. ff. de Jure Dot. num. ult.* Quæquæ exinde ꝑ Receptitia
dicuntur: Recipere enim in Jure nostro etiam significat
23 Excipere. *l. 205. ff. de V. S.* Unde bona ꝑ Receptitia quæ
mulier quasi excepit, ut nihil juris in illis Maritus haberet, quæ
lia

lia sunt, quæ alias *Spaarhasen*/vel *Spiegel-Gelder* appellari so-
lent, jungatur: *B. Dominus Wilhelmus Leiferus* Præceptor
meus venerandus in Colleg. Privat. *ad tit. ff. de Jur. Dot.* Quod
igitur † Dotem attinet, protus dubium erit nullum, quin in
fundo dotali Præscriptio intuitu Mariti plane dormiat. Ille
enim bona fide & iusto titulo ibidem destituitur. *arg. pr. ff. de*
Usucap. Atque † Mulier constante Matrimonio Dominium
& Usumfructum Dotis repetere non potest. *l. 9. C. de R. V. l.*
30. C. de Jure Dot. Huic igitur † nihil imputatur, quod aver-
tendo Præscriptionem melius sibi non prospexerit. *arg. l. 2. C.*
de Annal. Exc. Quod vero † bona Uxoris Paraphernalia
concernit, ex natura illorum, quia scilicet in custodiam, aut ejus
administrationem tradita sunt. *d. l. 9. §. 3. ff. de Jure Dot. l. 5. C.*
de Pact. Conv. omnis quoque Præscriptio ibidem dormit. Quem-
admodum enim † vi Depositi, res alicujus fidei committi-
tur, ut eam custodiat ac asservet, adeoque quandocunque li-
buerit Deponenti eandem in specie reddat. *l. 1. l. 24. ff. Depo-*
siti. vel Contra: Ita † de Paraphernalibus ex identitate ra-
tionis idem hic esto judicium, præsertim si de iis in Pactis Do-
talibus Dispositum fuerit, uti exemplum tradit *Excell. Domi-*
nus Stryck. in Tract. de Cant. Contr. sect. 3. §. 4. Cujus verba ita
se habent: Was sonstten auffser den 4000. Rthlr. versproche-
nes Ehe-Geld Jungfer Eva Sophia von R. ihren Herz-
Liebsten D. B. W. am Gelde/Silber/Golde/ Nominibus
und ausstehenden Schulden/ an Schmucke/ Kleidung/ Klei-
nodien/ Leinen Gewand/ Kasten/ Laden/ Trüben/ und andern
Paraphernal Güthern/ wie die auch Nahmen haben mö-
gen/ zubringen wird/ oder auch instehender Ehe ererben/ oder
sonstten erlangen möchte/ hat D. B. W. sich verbündlich da-
hin erkläret/ daß Er deren Administration und Verwaltung
nicht haben/wie ingleichen auch mit den Väterlichen Schul-
den nichts zu thun haben wolle/ &c. De iis denique † bo-
nis, quæ Uxor pleno jura una cum possessione retinet, vulgo
Spiegel-Gelder/ facili negotio judicare licet, quod in iis Præscri-
ptio inchoari, neque dormire dicatur, cum Præscriptio absque

Possessione nulla sit, ac proinde tantum videatur Præscriptum, quantum possessum. *l. 18. §. fin. ff. de Acquir. Poss.*

§. 4.

1 Non minus huc pertinent † CAUSÆ MILITUM,
2 quippe quibus † Exceptio Præscriptionis Dormientis, tempore
scilicet expeditionis publicæ opitulatur. *l. ult. C. Quibus non*
3 *obijc. Longi Temp. Præscr.* cum † expeditio ista agendi facultas
4 tem non admittat. Quod tamen beneficium † Militibus so-
lum iis competere tradit. *Coler. ad cap. 10. X. de Præscr. num. 11.*
5 qui in expeditione degunt. *d. l. fin.* non † Militibus delicatis
6 in ædibus. *arg. pr. Instit. de Militar. Testament.* At † quid
limitibus, ad repentinas Hostium incursiones intenti sunt alias
Limitanei dicti, *So auf den Gränz-Häusern liegen.* Num
& hi gaudent Privilegio Exceptionis Præscriptionis Dormien-
7 tis? Respondemus † identitatis nec non æqvitatibus rationem
8 id affirmare; quia † Milites Limitanei propter subitanea
pericula censentur in Expeditione, si non ex Verbis, tamen ex
Legum sententia, cum & his nulla agendi copia detur. *l. 6. §.*
9 *1. ff. de V. S. l. 7. ff. de LL.* Deinde † quia Limitanei eadem
pericula cum Militibus in expeditione constituti experiuntur,
ideo & merito eadem jura sibi vindicant. *l. un. ff. de Bon. Poss.*
10 *ex Testam. Milit.* Et tandem † quia favorabilia, cujusmodi
quoque sunt Privilegia, sæpe extendi solent. *l. 1. §. fin. ff. de Usuc.*
l. 74. ff. de Jure Dot.

§. 5.

1 Præterea † Præscriptio dormit TEMPORE CALAMI-
2 TATIS PUBLICÆ, BELLI nimirum cum † hostilitatis reapse
exercitæ tempus Cursum Præscriptionis impediatur ex *cap. 10. inf.*
3 *X. de Præscript.* Cui † respondet Imperatorem Diocletiani &
Maximiliani Rescriptum in *l. 6. C. Quibus non obijc. Longi Temp.*
Præscript. qui enim fieri posset, ut Captus agere valeat; præ-
sertim cum judicia ut plurimum sint clausa, & licet judicia pe-
nitus

nitus clausa non sint, non tamen litigandi desiderium facile ad-
mitet publica calamitas. Conf. *Dominus Gotsfr. Sverus in Dis-*
sert. De Quor. Jur. Obitu sing. cap. 3. Belli enim † pericula vix 4
permittunt, ut quis sumptus faciat in Advocos, ut taceam
documenta literalia tali Casu ad loca munita transmitti solere.
Excell. Dn. Strykius in Colleg. ad B. Br. quest. Paratitl. Wesenbec.
privato tit. de Usuc. quest. 63. Quo † & inclinat Recessus Im- 5
perii de Anno 1654. §. 172. So viel nun die Capitalia anfan-
get/ sollen erslich dieselben einem jeden Creditori unversehret/
und ohne einige Abkürzung richtig verbleiben/ und hierwie-
der keine Präscription oder Verjährung wegen der bey wäh-
rendem Kriege unterlassener Forderung der Zinsen oder Capital
angezogen werden/ noch gelten/ exinde liquet † quod Usuca- 6
pionum & Präscriptionum Jura durante bello tricennali qui-
escere debeant. Quod tempus † computatur ab anno 1618. us- 7
que ad annum Compositæ Pacis 1648. uti apparet ex §. 50. arti-
4. *Instr. Pacis Osnabr.* ubi disponitur, † quod si Feuda regalia 8
vel privata ab anno 1618. non fuerint renovata, ideo caduca fieri
non debere, sed redintegari, si a tempore factæ Pacis renovaren-
tur. Conf. *Dn. Rhet. in Inst. Jur. Publ. l. 2. 130. de Usuc. & Pra-*
ser. int. Stat. Imp.

§. 6.

Similiter † TEMPORE PESTIS quiescentia Präscri-
ptionis obtinet, exinde † quod Tempus Pestis, Tempori Belli 1
æquiperetur, cum invalescente Pestilentia DEUS bellum gerere 2
& iram suam in homines distringere videatur; Porro † quia
eadem fere Privilegia Tempore Pestis & Belli habentur, uti vi- 3
demus in Testamento Militari & Pestis Tempore condito. *Gail.*
l. 2. Obs. 118. Carpov. P. 3. Cons. 4. Def. 14. nec quicquam † æ-
quius, cum illud propter periculum in Expeditione 4
bellica, hoc propter periculum Infectionis introducum,
neque enim † tenetur quisquam se conjicere in pericula Vita 5
& Mortis. *tot. tit. ff. Quod Metus causa.* id quod † apparet quo- 6
que ex eo Casu, quem tradit *Dominus Finkelthut.* in *Tr. de*
Jure Patron. cap. 6. num. 122. an scilicet Pestis Tempore defuncto
Pato:

Pastore loci, vicinis Pastoribus injungendum sit, ut in Pagum
Peste infectum sese conferre, ægrotos visitare, concionari, alia-
7 que Sacra peragere cogantur: Qui † multis deductis rationi-
bus iisque prægnantioribus negativam amplectitur sententiam,
8 potissimum fretus † Rescripto quodam Sereniss. Elect. Sax.
quod ita sese habet: Wenn denn in solchem Fall die be-
nachbarte Pastores an den inscirten Orten die Seelsorge zu
bestellen nicht schuldig, noch damit zu beschweren. So begeh-
ren wir hiermit Gnädigst/ Ihr wollet zu obgedachter verledig-
ter Pfarre zum längsten von Dato binnen vier Wochen Un-
serm Consistorio zu Leipzig eine andere Person præsentiren/ so
der in Verbleibung dessen gewärtig seyn/ wie selbige Stelle
von Uns ex officio unbeschadet eures Juris Patronatus, erse-
het werde.

§. 7.

1 Hactenus adductis † Causis attexere, possumus, Casum
2 qui habetur in HÆREDE, qui † in rebus Defuncti rem depo-
sitam aut commodatam pro Hæreditaria occupat, per Tempora
3 quædam possidet & mox Tertio alienat; anno novus † Pos-
sessor possit Antecessoris sui tempora sibi accommodare? Quod
4 non possit † probatur ex l. 2. §. 1. ff. & l. fin. C. Pro Hærede,
5 quia † defunctus ob defectum tituli possidendi non potuit
6 usucapere, hinc nec ejusdem Hæredi hocce conceditur, cum so-
7 lus † titulus pro Hærede non sit ad Usucapionem idoneus,
nisi specialis titulus cum bona fide præcesserit. d. l. fin. ubi Brun-
7 nem. & ad l. 3. ff. eod. Hahn. ad Wesenb. d. 1. Quare † Suc-
cessor Antecessoris sui tempora haud sibi accommodat, sed ex
8 sua demum Persona præscribere incipit, cum † penes Hære-
dem Præscriptio quasi dormiverit §. 4. Inst. de Usucap. Ut au-
9 tem Hæres † ex sua persona usucapiat, requiritur, 1) ut quis revera
sit Hæres, aut ex justa Causa Hæredem esse existimet. l. pen. ff.
d. t. l. 33. §. 1. ff. eod. 2.) Ut res inventa sit in Hæreditate d. l.
pen. 3.) Ut res ex Titulo sine ullo vitio a Defuncto sit reli-
cta. l. i. C. de Acquir. Poss. 4.) Ut res sit singularis. d. l. pen.
5.) Ut

5.) Ut Hæres rem hæreditariam esse existimaverit. l. 1. ff. cod.
ubi Eckold. §. 3. & 4.

§. 8.

Nunc admonendi sumus ꝑ de GERADA & REBUS EXPE-
DITORIIIS, quæ ꝑ Præscriptione anni & diei ad exemplum reli-
quarum Mobilium amittuntur, ita tamen, ꝑ ut post trigessimum
demum diem a tempore mortis currere incipiat hæc Præscriptio.
Land-Recht art. 28. l. 1. Carpz. Part. 2. Const. 3. Def. 12. Goldb.
de Gerada cap. 9. num. 19. Coler. Part. 1. Dec. 20. num. 14. Quod
quidem ꝑ verum, modo quis sciverit res Geradæ sibi esse delatas, 4
alias si ignoraverit, Præscriptio hæc annalis quievisse dicitur. art.
28. l. 1. Land-Recht/ num. 3. vers. Kommt aber. Carpz. d. loc.
Def. 17. uti ꝑ ex Responso Facultat. Lips. Jurid. quod Finkelibus, 5
Observ. 83. num. 10. exhibet, apparet. Verba sunt: Ob wol nach
Verordnung Landüblicher Sächsischen Rechte/ man sich an
Forderung der Gerade in Jahr und Tag verschweiget. Den-
noch aber und wofern der Landes-Fürst/ an welchen in Ermang-
lung der Mittel/ solche Gerade gefallen/ den tödtlichen Ab-
gang der Adelsichen Weibes-Person/ so die Gerade nach sich
verlassen/ hiebevorn nicht gewußt/ und nach erlangter Wissen-
schaft innerhalb Jahr und Tag vorgedachte Gerade von de-
nen noch überlebenden Männlichen Erben gefodert. So sind
auch solche Erben Jh. Fürstl. Gn. diese Gerade-Stücke/ ver-
mittelst eines richtigen Inventarii, oder in Ermangelung dessen
eine Eydliche Specification auszuantworten schuldig. B. R. W.
Quod tamen ꝑ limitatur in Filia, si Matre ejusdem mortua, Gera- 6
dam a Patre non petierit; Licet enim ꝑ ignorantiam prætere- 7
re non possit, nulla tamen eidem Geradæ Præscriptio currit, cum ꝑ 8
ob reverentiam Patri debitam tacuisse præsumatur. Goldbach. de
Gerada cap. 9. num. 36. Carpzov. Part. 2. Const. 3. Defin. 4. Quod 9
ꝑ in tantum verum est, licet non protestata fuerit. Carpzov. d. loc. 9
Quemadmodum ꝑ Domini Scabini Lips. Mens. Febr. anno 1632. 10
ad Consultationem G. H. zu Leipzig responderunt: Verba sunt:
Würden G. H. Tochter erster Ehe gebührender massen be-
scheini-

scheinigen/ daß sie nach Absterben ihrer Mutter etliche Sachen/
so zur Gerade gehörig / bey ihren Vater stehen lassen/ und sol-
che ob reverentiam Paternam nicht gefodert. So würden ihnen
solche Gerade/ Etliche/ ungeachtet sie darwieder nicht proceffi-
ret/ billig gefolget/ und es haben sich ihre Witt. Erben mit der
angeführten Präscription nach Gelegenheit dieses Falls nicht zu
beheiffen. D. N. W.

§. 9.

- 1 Hac occasione non prætereundum, ¶ si quis TIGNUM A-
LIENUM, aliative Materiam, ex qua ædificia sunt, veluti Lapi-
des, Trabes, Calcem, Tegulas &c. l. 1. §. 1. ff. de Tign. junct. l. 62.
2 ff. de V. S. ædibus meis JUNXERIT: Ego ¶ quidem maneo Do-
minus ædificii, quia omne, quod solo inædificatur, solo cedit.
3 §. 29. Inst. de R. D. & materia ædibus juncta non manet in eo-
dem statu, sed induit novam quasi formam vel partem ædificii:
Ob id tamen ¶ Dominus materiæ Dominium ejusdem non amit-
tit, sed diruto ædificio, si non jam sit consecutus æstimationem.
4 d. §. 29. Inst. de R. D. materiam vindicare potest. Quoniam
vero ¶ stante ædificio ex Dispositione Legis XII. Tabul. nemo Ti-
gnum ædibus alienis injunctum eximere aut vindicare queat. d.
l. 1. ne forte ædificia rescindantur, ac Urbs ruinis deformetur.
5 Conf. Schneidew. ad d. §. 29. Inst. de R. D. ita ¶ fuit sponte quod
interea Präscriptio materiæ suspendatur & quasi dormiat. arg. l. 2.
C. de Annal. Except.

§. 10.

- 1 In DEBITIS porro ¶ ad CERTUM DIEM CONTRACTIS
2 non obest Präscriptio, cum ¶ die nondum existente, medio tem-
pore quasi dormire dicatur. arg. §. 2. Inst. de V. O. l. 46. ff. eod. l.
3 213. ff. de V. S. In mora namque ¶ haud constitutus est, qui de-
bitum cum effectu petere nequit. l. 7. §. 14. ff. Quibus ex Causis
4 in Poss. easur. Dies enim ¶ adjectus quavis non suspendat Ob-
ligationem, differt tamen Petitionem. l. 19. ibi ante Calendas &c.
ff. de Reb. Cred. l. 28. ff. Solut. Matrim. l. 213. ff. de V. S. & ¶ si prius
5 petatur, pœna dignus censetur Creditor, quia plus petiisse dici-
tur,

tur, si ante diem Debitorem compulerit. §. 33. *inst. de Act. Carpov. Part. 2. Const. 1. Def. 6.* Ex quibus ¶ apparet, quod Præscriptio Mutui alteriusque debiti, non a die scripti Chirographi, sed a tempore solutioni destinato, vel post congruum Intervallum, quo scilicet debitum exigi potuit, currere demum incipiat. *Carpov. lib. 1. Respons. 33. num. 16. Dn. Struv. in Jurisprud. l. 2. t. 9. apb. 17. in fin.*

§. 11.

Tandem ¶ adhuc mentionem facimus Querelæ Inofficiosi Testamenti, quam Majores facti intra Quinquennium movere possunt, adeoque ¶ si intra hocce Tempus tacuerint, Testamentum eo ipso approbasse censentur. *l. 8. §. fin. ff. de Inoff. Testam.* sed ¶ si Hæres in Testamento scriptus in mora constituatur, quo minus adeat Hæreditatem, videndum, num & in hoc Casu quiescat Præscriptio hujus Querelæ? Et Respons. ¶ aff. Fundamenti loco exhibemus. *L. pen §. 2. C. de Inoff. Testam. l. 34. in f. d. 2. nec destituitur ¶ hæc nostra assertio rationibus Juris, quod scilicet ante Hæreditatis aditionem hæc querela locum plane inveniat nullum. Is enim, qui Jus non habet, neque ullam habebit agendi facultatem, huic rationi ¶ anneximus illam, quod Mora cuique sua non alteri nocere debeat. *l. 32. ff. de Usur. l. 173. §. Uniuersique ff. de R. J. l. 37. ff. Mandati.**

§. 12.

Coronidis loco quædam ¶ de CONSTITUTO POSSESSORIO proponere allubescit. Quamdiu ¶ enim constituens nomine Constitutarii naturaliter & civiliter possidet, Præscriptio rei, in qua Constitutum Possessorium exercetur, non currit, sed dormit; Finge, Titium ¶ deseruisse Fundum suum, quem occupaverat Cajus & Sempronio vendidit, qui per quinquennium in usucapiendi conditione perstitit, postea vero hunc fundum Pamphilo de novo alienavit & ab Emptore Pamphilo impetravit, ut fundus cum Constituto Possessorio donec integra fieret pretii Solutio sibi concedatur: Quæstio emergit: ¶ Utrum Præscriptio a parte Pamphili obtineat? Et Respondemus ¶ negando. Siquidem Pamphilus interea non suo, sed alieno Sempronii, Constitutarii

C 2 nem-

6 nempe nomine possedit, & sic † penes eum nihil aliud quam nu-
da detentio permansit. Brunnem. *ad Leg. 18. de Acquir. vel amit.*
Poss. ff. Dominus Stryck. in Tractat. de Caut. Contr. Sect. 2. cap. 4.
7 §. 20. Constitutario † vero Civilem & naturalem Possessionem
reliquit. *Dominus Stryckius dict. loc. Sect. 1. cap. 5. §. 24. & Sect. 2.*
8 *cap. 4. §. 19. Brunnem. dict. loc. num. 2.* Cum † autem sine Pos-
sessione nulla constituatur Præscriptio. *l. 25. D. de Usuc. cap. sine*
9 *Possess. de Reg. Jur. in 610.* dicitur enim † tantum Præscriptum
10 quantum Possessum. *l. 18. §. ff. d. A. Poss.* ita tempora † Consti-
tuti Possessorii Pamphilo neuiquam possunt opitulari. Quoniam
11 † per retentam Possessionem Sempronius Usucapionem impedi-
12 bat, & eadem † non prius, quam cessante Constituto Possessorio
13 currere incipit. *dict. loc.* De quo † Constituto adhuc notari me-
14 retur, quod cavendum † sita Constitutario, ne alium immitti in
15 bona debitoris patiat. Alias † enim si præsens per triduum,
absens vero per decennium taceat, Possessio, quam vi illius Con-
stituti habebat, amissa censetur. *Mœvius Part. 5. Decis. 158.* & tan-
16 tum † Creditori Constitutario relinquatur, ut super prærogativa
Crediti, vel Juris sui cum immisso contendat. *Mœvius dict. loc.*
Decis. 159.

CAP. IV.

De

Effectu Præscriptionis Dorm.

§. 1.

1 **E**FFECTUS † alius est pendente PRÆSCRIPTIONIS QUI-
2 **E**SCENTIA, alius est † accedente ejusdem EVIGILANTIA.
3 **P**RIOR † præstat Præscriptionis impedimentum & Cursus præ-
4 scribendi Cessationem. *l. 48. pr. ff. de A. R. D.* Cujus † incuitu
Remedia tam Possessoria quam Petitoria antea nobis competentia
non extinguuntur, sed integra & salva remanent. Ad Petitoria
refe.

refero Actionem tam Realem quam Personalem, Realis ꝛ com-
petit vel Jure Dominii, vel ex Servitute, alioque Jure in Re, Per-
sonalis ꝛ vicissim vel occasione Contractus vel Delicti, Ad Posses- 6
soria ꝛ pertinent interdica Possessionis Adipiscendæ, Retinendæ 7
& Recuperandæ. §. 2. 7. de Interd. Hæc omnia ꝛ numero re- 8
censere nec præstat, nec temporis ratio suggerit. Hinc ex Rea-
libus ꝛ exempli loco Rei Vindicationem suppeditabimus, quem 9
admodum ex subjecta libellandi formula clarius patebit: P. P.
Mævius erscheint und saget zu Anbringung seiner Klage fürk-
lich/ welcher Gestalt seinem Vater Cajus, vor 8. Jahren/ sein
schwarz-brauner Hengst entlauffen/ und darauff in etlichen
Wochen verstorben/ Klägern auch/ als seinen Sohn/ von sechs
Jahren/ zum Erben nach sich gelassen. Nachdem nun Sem-
pronius solches Pferd damahls aufgefangen/ und dem Titio
verkauft/ hat Kläger von dem Possessore selbiges nunmehr
verlangt/ welches er aber in der Güte nicht erhalten mögen;
Denn ob wohl Beklagter sich mit der Verschärung zu schüzen
gedencket/ so hat doch solche in seiner Kindheit und in gegenwär-
tigem Fall nicht lauffen können. Derowegen Kläger vorieho
zu klagen bewogen; Fordert demnach von Beklagten richtige
und deutliche Antwort/ und wenn solches erfolget/bittet er zu er-
kennen/daß Klägern das libellirte Pferd Jure Dominii vel Qua-
si zuständig/ Dannhero Beklagter solches Klägern cum fru-
ctibus perceptis & percipiendis auszuantworten/ auch alle dies-
falls verursachte Schäden und Unkosten zu erstatten schuldig/
Desuper &c. Ex ꝛ Personalibus vero Condicio ex Mutuo ex- 10
empli loco sufficiat: Quem in finem sequens libellandi modus in
judicio potest proponi. P. P. Mævius erscheint/ und saget
fürklich/ welcher Gestalt sein Vater Titius, Sempronii Groß-
Vater/ dem Sejo, Anno 1616. 2000. Reichthaler/ vermöge des
beykommenden Schuld-Scheins gesehen. Als nun so wohl
Klägers Vater/ als Beklagten Groß-Vater indessen verstor-
ben/ u. so fort die Schuld auf Klägern vererbet worden; Hat Er
sich bey Beklagten als Seji Successorn angemeldet/ und die Zah-
lung nebenst dem Interesse bey demselben verlangt. Darzu sich
aber

aber Beklagter in Güte nicht verstehen/sondern/das die Schuld schon längst verjahret sey/ darwieder vorschützen wollen. Wenn aber aus dem Reich=Abschiede bekannt/ daß bey wärenden Teutschen Kriege unterlassener Foderung des Capitals und Zinsen der angeführte Verjährung nicht zu statten kommen mag: Als ist Kläger zu klagen bewogen worden. Fordert demnach von Beklagten richtige Antwort/ und wenn solches erfolget/ bittet Er zu erkennen/ daß Beklagter seines Vorwendens ungeachtet/ die libellirte 2000 Reichsthaler/ nebenst dem Interesse moræ und allen verursachten Schaden und Unkosten Klägern zu erstatten schuldig/ Desuper &c.

§. 2.

1 Quemadmodum autem ¶ Actionem tam Realem quam Personalem integram, ex quiescentia Præscriptionis habuimus:
 2 ita ¶ multo magis Præscriptione Dormiente dabitur Excipiendi
 3 aut Replicandi facultas. Cui ¶ enim competit Actio, ei multo magis datur Exceptio, aut Replica. l. 1. §. 4. ff. de Superfic. quippe
 4 quæ ¶ læpissime datur, etiam si nulla super sit Actio l. 33. in f. ff. de
 5 Cond. Indeb. Si ergo ¶ in Actione Reali, vel Personali haud fiat mentio Præscriptionis Dormientis, sed res simpliciter a Possessore petatur, non obstante opposita a Reo Præscriptionis Exceptione, Actor nihilo minus Replicando Jus suum potest salvare, cum adducat, tempora impedimenti dormivisse Præscriptionem pr. Inst.
 6 de Repl. l. 2. §. 1. ff. de Except. Sicuti ¶ ex subiecto latius patebit exemplo: Kläger muß zwar dahin gestellet seyn lassen/das Beklagter mit der Præscription sich zu schützen vermeinet; Alldieweil aber mehr als zu wol bekannt/ daß Kläger noch vor sechs Jahren in seiner Kindheit gewesen/ und Ihme daher/ vermögte der Rechte/ die Præscription nicht lauffen können. Als bittet Kläger des beschehenen Einwendens ungeachtet/ Beklagten zu Ausantwortung des libellirten Pferdes anzuhalten.

§. 3.

1 Sequitur ¶ POSTERIOR EFFECTUS, quando nimirum Præscriptio iterum evigilat, qui se exhibet in præscribendi Cur-
 2 su. Et ¶ si neque naturalis, neque Civilis Interruptio accedit, pri-
 ora

ora & posteriora tempora uniuntur, ut † inde computatis iis , 3
Præscriptio absolvatur. Sam. Rachel, in *Jurisprud. lib. tit. 9. §. 28.*
Quasmodrem † omnis præscribendi Effectus, sive consistat in Ac- 4
quisitione Rerum Corporalium, *pr. ff. de Usucap. vel Incorporali-*
um. l. 10. §. 1. ff. Servit. Vindic. sive ille ad Extinctionem sive Eli-
sionem Jurium & Actionum antea sibi competentium hic appli-
cari posset. Samuel Rachel, *dist. loc. §. 6.* Verum † cum ratio in- 5
stituti mei non sit, Commentarios scribere, brevitatis studio me
ad Autores remitto, atque sine ulteriori mora aggredior.

CAP. ult.

DE

Affinibus Præscr. Dorm.

§. 1.

Diximus supra † in Præscriptionis Dormientis Definitione, 4
quod sit Præscriptio ad aliquod temporis spatium, ob certum
& Legale Impedimentum quiescens, postea vero eo cessante evi-
gilans & Cursum suum ita absolvens, ut priora tempora cum tem-
poribus dormitionem sequentibus computando uniantur per
L. ibid. alleg. Verum † cum dentur Exempla, in Quibus VEL 2
plane non, VEL cum certa Restrictione Præscriptio currit, ita † 3
de iisdem quædam sunt subjicienda. Ad † MEMBRUM PRIUS 4
refertur Feudum, quod citra Consensum Domini & Agnatorum
fuit alienatum, in quo contra Dominum nulla profus currit
Præscriptio. Fundamentum † hujus assertionis sunt Textus 2. §
F. 40. vers. præterea & 2. *F. 55. vers. Nos autem.* Quamvis † alii 6
hos Textus intelligi volunt de Præscriptione Longi Temporis
Conf. Serw. in Synt. jur. Feud. c. 13. aph. 10. ibique allegati Auct.
Si † tamen nulla, uti generaliter dicitur in cit. Text. obstat Pra- 7
scriptio, certe nec tricennalis obstat: Nam † Imperator Fride- 8
ricus procul dubio non ignoravit Præscriptionem duplicem alias
cassare, Uenam † scil. longi Temporis, antiquitus cognitam, al- 9
teram

totam ¶ Longissimi Temporis postea introductam, Ideo ¶ si id no-
 n lisset, eam facile excipere potuisset, præsertim ¶ cum in Feu-
 ra dis nulla alia quam tricennalis Præscriptio recepta sit. *Ludov. de*
 13 *Feud. c. 8. p. 178.* Ut taceam ¶ id summa cum æquitate constitu-
 tum esse, Dominis jura sua contra Temporis Injuriam adversus
 14 temtores tueri & præservari. Quam ¶ rationem adducit *Baro*
Schenck a Lautenberg/ ad S. præerea de Capit. Conradi n. 2.
 15 *Conf. insuper Dn. Struv. d. l. c. 13. aph. 10.* qui ¶ distinguere cum
 Schradero, atque ad Possessorem malæ fidei hos textus a applicare
 16 laborat. Ex his ¶ vero minime inferre licet, si Præscriptio pro-
 pter *Textus 2. F. 40. § 55.* non obstat, Ergo plane in Feudalibus
 17 Præscriptio non locum habebit. Verum ¶ distinguendum erit,
 inter Abrogationem absolutam & respectivam ad certum scilicet Ca-
 sum restrictam. *Wurms, de Feud. Impropr. Class. 3. Sect. 3.* Ha-
 18 bent ¶ quidem quod opponant *Textum sc. 2. F. 1. ubi dicitur, in f.*
 Feudum non nisi Investitura & successione posse acquiri, cui ad-
 19 jungendus *Textus 2. F. 25.* Nihilominus ¶ tamen & hic distingue-
 re licet inter Modum acquirendi ordinarium & regularem, atque
 inter Extraordinarium seu irregularem, ad quem Præscriptio
 20 spectat. Præscriptio ¶ enim habetur pro Investitura, si non vera,
 21 tamen præsumta *2. F. 33. in pr.* Nihil ¶ ergo movet, quod quia
 Præscriptio habetur pro Investitura præsumta, ita ejusmodi Feu-
 dum per Præscriptionem acquisitum erit referendum ad Feuda
 Impropria, uti tradit *Wurms, de Feud. Impropr. Class. 3. Sect. 2.*
 22 Cum ¶ tamen in Præscripto Feudo nihil impropriæ depre-
 hendatur, & Præscriptio inter modum constituendi Feudum re-
 23 feratur *2. F. 33. pr.* Adde ¶ quod non modo Præscriptio & Usuca-
 pio operetur Dominium, non improprium sed verum *pr. Inst. de*
 24 *Usuc. l. 10. §. 4. ff. de A. R. D. l. 20. C. de Pact.* Sed ¶ etiam mo-
 dus Feudum Constituendi, sit extra Feudum, adeoque nec ad
 25 ejus pertineat naturam. Et ¶ sicuti per fictam traditionem etiam
 26 verum transfertur Dominium *§. 44. Inst. de R. D.* ita nihil ¶ ob-
 stat, quo minus per præsumtam Investituram, verum ac propri-
 um acquiratur Feudum, arg. *L. fin. C. de Præs. Longi Temp. §.*
L. un. C. de Usuc. transf. Struv. Syni. jur. Civ. Exerc. 13. lb. 40.
 §. 2.

AD † MEMBRUM POSTERIUS substituendus est MI-
 NOR, circa Quem † distinguendum venit, inter Præscriptionem
 Longi, atque Longissimi Temporis, id est, 30. vel 40. annorum.
 PRIORI CASU † Præscriptionem ipso jure non currere adversus
 Minorem docetur in *L. fin. C. In quib; caus. Restit. l. 3. C. quib. non
 obj. Præscr.* POSTERIORI vero † CASU Præscriptionem contra
 Minorem & incipere & cœptam currere evincit *L. 3. C. de Præ-
 scr. 30. vel 40. annorum.* Salvo † tamen eidem justo tempore
 in Integr. Restitutionis auxilio *Dd. ad d. L. 3. Struv. Syn. jur.
 Civ. Exerc. 43. tb. 10. Brunn. in Quæst. Paratiel. Wesenb. 35. de
 Usuc.* Alia vero † ratio est in PRÆSCRIPTIONE CONVEN-
 TIONALI seu in Pacto Contractui adjecto sub certo temporis
 spatio; Ante † cujus lapsum, vel quid ab altera parte præstan-
 dum, vel perimitur obligatio. *Dn. Brunnem. ad L. Sancimus C. In
 quibus Causis & c. Bart. ad L. Æmilius 38. ff. de Minoribus n. 5. Rati-
 o † habetur in L. 38. ff. de Minoribus quod scil. Pater ejus non i-
 pse Minor, vel Pupillus contraxerat, ideoque † hoc Casu Resti-
 tutionem Minor, prætereundere nequit, Cum † Contractus a Paren-
 te est perfectus, nec † Hæres Factum & Contractum Defuncti
 impugnare potest per *L. 14. C. de R. V. L. 32. §. 1. ff. de Pad. L. 143.
 ff. de R. 7. Dd. in L. cum Filius fam. 49. §. in hac ff. de V. O. Ex-
 cell. Dn. Stryckius in Diss. Inaug. ad L. Æmilius 38. ff. de Minoribus
 de Præscrip. Convent. & Minor. advers. eam a Principe restit. Cap.
 2. & 3.* Etenim † licet Imperator in hac Lege, ad quem provo-
 catum est, Filix Rutilix Pupillæ concessit Restitutionem, non
 tamen Imperator, nisi ex quibusdam Circumstantiis a regula re-
 cessit, quod nimirum Dies, quo hæc solutio erat facienda in
 Tempus Pupillæ, post mortem scilicet Patris incidisset, & quod
 Tutores essent suspecti, quapropter ipse Paulus probat hoc Casu
 sententiam Imperatoris, quia merito ob Tutorum negligentiam
 concessa fuit Restitutio in Integr. Vid. insuper *L. fin. C. si advers.
 Vendit. †* Etsi non ex Capite de Minoribus, tamen ex Clausula
 Prætoris generali, si qua alia mihi justa Causa videbitur *L. 16. §. 9.
 ff. Ex quibus Causis Maj. Restitutionem fieri posse testatur Bart.
 in d. L. Æmilius 38. Conf. modo cit. Dn. Stryckius cap. 5. num. 15.**

D

§. 3.

1 IGNORANTIBUS † licet Præscriptio non curtere videat
 2 tur L. 7. ff. de Publ. in Ren. Añ. L. 7. §. 2. vers. si tamen Ign. ff. de
 3 Tribus. añ. ex eo † quod illis nulla possit imputari negligentia,
 4 in quo tamen † se fundare videtur Præscriptio L. 35. ff. de serv.
 5 Præd. Rust. Doctores † tamen Communiter exceptis Casibus L. 1.
 6 §. ult. ff. Quod Falsi Tut. L. 15. §. 5. ff. Quod vi aut Clam. §. 23. J. A.
 7 Añ. id negant propter L. ult. §. Aub. Mala Fidei C. de Præscr. Longi
 8 Temp. L. 3. §. 4. C. de Præscr. 30. vel 40. annorum Struv. Exerc. 8. tit.
 9 36. Cum † utique tanto tempore ignorare sit negligre, idæque ne-
 10 gligentibus non subvenitur. L. 6. ff. ex quibus Causis Maj. † OPPO-
 11 NUNT quidem L. 8. ff. de jur. §. Fact. Ignor. Ubi dicitur: quod
 12 etiam juris Ignorantia in damnis rei suæ amittendæ non nocet.
 13 Quod † etiam ita extenditur, ut licet quis juris vel Beneficii igna-
 14 rus huic renuntiaverit, nihilominus tamen renuntiatio ipso jure
 15 sit nulla, cum † expediti juris censeatur: Quod juri ignorato
 16 nemo renuntiet. Quod si † ergo Ignorantia juris non obest,
 17 multo minus Ignorantia Facti. Verum sensus Legis 8 hic est. Ig-
 18 norantia juris non obstat, quo minus Dominus rem suam petere
 19 vel retinere possit, id tamen † iusto tempore & Præscripti-
 20 one nondum completa fiat necesse est: Ex † quo Capite fluit,
 21 quod nec Ignorantia Domino Feudi contra Præscriptionem pro-
 22 fit, atque ex hoc fundamento minime possit petere Restit. in
 23 Integr. per Text. in L. fin. ibi nulla scientia &c. C. de Præscr. Lon-
 24 gi Temp. §. L. 3. C. de Præscr. 30. vel 40. annorum. præsertim † cum
 25 hac ratione Dominia aut jura semper futura essent in incerto pr.
 26 Inß. & L. 1. ff. de Usuc. Hinc † refertur a B. Norico in addit. suis ad
 27 Finkelthuf. Controv. Feud. Disp. 3. Controv. 20. ex Comment.
 28 Consult. jur. Sax. P. 2. q. 58. Daß sich die Schöpffenstühle ver-
 29 gleichen die Restitution etiam ob justam ignorantiam, wenn es ü-
 30 ber 30. Jahr/ Jahr und Tag/ oder auch über 40. Jahr ist/ nicht
 31 zu erkennen/ weil unzählige Haderfachen daraus erfolgen wür-
 32 den.

1 Paulo aliter † de ABSENTIBUS erit dicendum: Si igitur
 2 † quis

† quis abfuerit, qui res alienas vel Creditori obnoxias detinet, 2
atque ob id Dominus easdem vindicare nequit, nec † tamen Do- 3
minium earum, per Usucapionem amittere intendit; Tunc iure
† Novo ex L. 2. C. de Annal. Except. porrigere licet libellum Pra- 4
sidi vel Episcopo, vel Defensori Civitatis; His vero deficienti-
bus † poterit Denuntiatio cum subscriptione Notarii, aut trium 5
Testium fieri in Domicilio Possessoris, & hoc † sufficiet ad Cur- 6
sum Usucapionis sistendum d. L. 2. ad quam v. Brunnem. Vix ta-
men † exinde dicendum est, hodie Restitutionem in Integrum 7
quae Praesentibus contra Absentes conceditur, omnimodo esse
sublatam, cum in alleg. La abrogationis vestigium nullum appa-
reat. *Sichard. ad D. L. 2.*

S. ult.

Hæc sunt quæ impræsentiarum de Prescriptione Dormien-
ti tractare constitui. Non equidem ignoro de hæc materia plura
me potuisse nec non debuisse afferre. Quoniam tamen ob an-
gustiam Temporis non nulla attexere permissum hæud sit; ita si-
nem huic Dissertationi præter intentionem imponere necessum
habui. Quapropter Candidus Lector in Opella hæc quali quali
si quid minus accurate exaratum observaverit, brevissimo Tem-
poris spatio imputare velit, enixorogo. DEO interim Ter opt.
Terque Max. qui Fons & Origo existit omnis boni. Laus Ho-
nor & Gloria maneat in Secula sempiterna.

FINIS.

COROLLARIA.

1. OB Osculum Virgini invicæ illatum, Actio Injuria-
rum locum habet.

2. Vir-

2.
Virgo vi stuprata non amittit privilegia gestandi
Coronam.

3.
Servitus oneris ferendi, consistit in sola patientia.

4.
Molendinum Navale adscribitur rebus immobilibus.

5.
Vasallus non amittit Feudum, si cum Vidua Domini concubuerit, aut Pedisse quam ejus, vitiaverit.

6.
Ob Læsionem ultra dimidium, transactio de jure Civili non rescinditur.

7.
Levissima Culpa in Negotiorum Gestione est præstanda.

8.
Hæredes Tutorum, in Causa Pupillari, regulariter Culpam latam præstant.

9.
Merces in locatione, tantum in pecunia numerata consistit.

10.
Mater non potest pupillariter substituere.

11.
Exhæredatio liberorum etiam ob aliam, quam in Nov. II. c. 3. expressam causam, fieri potest.

12.
Successores Feudales, Vasallum defunctum regulariter funerare non debent.





ULB Halle 3
002 424 460



52

Vb 17







19

P. 29. nunt. 17.
1690/10^a
17

B. C. D.
DISSERTATIO JURIDICA,
DE

**PRÆSCRIPTIONE
DORMIENTE,**

**Von der Verjährung/ welche eine
Zeitlang ruhet.**

Indultu

*Magnifici JurisConsult. Ordinis
In Inchyta Lipsiensium Academia*

P. 69
P R Æ S I D E

DN. FRIDERICO PHILIPPO,

Lipf. J. U. D. & Facult. Jurid. Assess.
Patrono suo summe de venerando
Ad diem IV. Decembr. ANNO M DC XC.

H. L. L. C.

P.P.

**Johann Gottfried Zimmermann/
Doct. Mißn.**

L I P S I Æ,

Nunc Recusa, Anno 1718.

(4)

